



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Gaudium annunciatum fuit magnum propter quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Gaudium annuntiatum fuit
magnum propter
quinque.*

- Isa. 64. **P**rimo, quia diu optatum. *Utinam disrumperes caelos, & descenderes a facie tua, & montes defluerent. Secundo, quia rarissimum inuentum. Isa. Quis audiuit unquam tale gaudium, &c. Et Hier. Non faciet Dominus super terram, &c. nota quòd tria noua fecit Dominus in die illo. Primum, quia Deus factus est homo. Secundo, quia uir peperit. Tertio, quia natus est perfectus in naturalibus, & uirtutibus. Tertio, quia utilissimum fuit naturæ naturæ, quòd ex hoc exaltatus super Angelos. Quarto, quia commone. Vnde dixit Angelus ad pastores quòd erit omni populo, scilicet, Angelis, de reparatione ruinæ eorum, propter hoc facta est cum Angelis multitudo militiæ cælestis exercitus. Luc. 2. datus, de eo, qui natus est rex de semine eorum. Hest. 8. Iudæis noua lux reueri uisa est, gaudium, honor, & tripudium. honor quia de semine eorum natus est, tripudium quia redempti eorum. Num. 24. Orietur stella, &c.*

Gentilibus de uenia peccatorum. **Matth. 2.** Videntes stellam Magi gaudi-
si sunt, &c. Captiuus qui erant in lim- **Matth. 2**
bo. Zach. Tu autem in sanguine testa **Zac. 9.**
menti, eduxisti uinctos de lacu, &c.
Quinto, quia durable. **Matth. 16.** Et **Mat. 16**
gaudium uestrum nemo tollet à uo-
bis, &c.

*Gula uitium fugiendum est pro-
pter quatuor.*

Primo, quia scripturæ docet. **Ro. 13.**
Rom. Curam carnis ne fecerit **Ro. 13.**
tis in desideriis, &c. Et illud Sal-
uatoris. Attendite ne grauentur cor- **Luc. 21**
da uestra crapula & ebrietate. Secun-
do, quia necessarium est. Vnde Hie- **Hieron.**
ronymus. In pugna Christi prius con-
tra gulam agitur, quia nisi hæc prius
refrenetur, frustra contra alia uitia la-
boratur. Et Isydorus. Nemo potest **Isyd.**
dominari ceteris uitiiis, nisi prius ui-
tium gulæ restrinxerit. Nec potest
spiritus immundos à seipso expellere
nisi per abstinentiam gulæ. Et qui ha-
bet intus periculum frustra foris agi-
tur bellum. Tertio, quia Deo multum
displicet; Propter tria; primo, quia
uitium illud contumeliam Deo facit,
quia deificat uilissimam creaturam,